



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

10. An tempore pestis possit Sacerdos vngere vnam tantum partem
dicendo consuetam formam, v. g. Per istam sanctam vnctionem, & suam
piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

nis timens de nocte ad moribundum vngendum vocari, secluso scandalo, peccat mortaliter? Et quid, si post Vnctionem factam, ut se citius expediat, Parochus non referat oleum ad solitum locum? Et docetur non debere Parochum sine lumine Extremam-Vnctionem deferre? Et notatur, urgente periculo mortis, posse Sacerdotem sine Ministro administrare hoc Sacramentum, atque etiam sine alia solita precatione præuia? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 91.

manum, narem, & os, vnica sententia partialium omnium formatum sententias complectente inungerem, dicendo: Per istas sanctas vnctiones, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid per visum, auditum odoratum, gustum, & tactum deliquisti. Vide Zambranum de casu in tempore mortis, cap. 5. num. 9. Andream Victorem de sacram. Extreme vnctionis, fol. 66. & Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 41. sect. 2. num. 7. & 8. Coninch, & Layman vbi supra.

Ref. & §§. eius prima not.

3. Notandum est tamen hic obiter, quod etiam extra casum necessitatis si Sacerdos faceret vnctiones, non in forma Crucis, minime lethale peccatum committeret. Ita Zambranus vbi supra, num. 22. & Suarez disp. 40. sect. 2. num. 3.

Sup. hoc infra in Ref. 18. per tota. & in alio §. eius annot. & pro casu necessitatis in aliis Ref. & diuersis §§. huius tract.

§. 1. Negatiue responderet Barbosa de officio Parochi, cap. 22. num. 44. vbi docet non debere Parochum sine lumine Extremam-Vnctionem deferre, obseruando in hoc proprij Episcopatus constitutiones, & existimat venialiter tantum peccare illum, qui sic ferret sine causa; qui verò cum causa, nullatenus. Et addit, (seclusa Episcopi constitutione) non bene agere eundem Parochum timentem de nocte se vocandum pro infirmo periculo, si vespere ferat oleum Extremæ-Vnctionis ad suum cubiculum, ut vocatus expediri vadat, vel si de nocte reuersus ab vnctione infirmi, ut se citius expediat, oleum non referat ad solitum locum, sed retineat domi vsque mane, nullum tamen credit peccatum mortale contrahere contra scandalum, vel periculum alicuius irreuerentiæ. Ita Barbosa.

2. Notandum est etiam hic obiter quod ex multis docet Tannerus tom. 4. disp. 7. quest. 1. dub. 3. num. 83. urgente periculo mortis posse Sacerdotem sine ministro administrare hoc sacramentum, atque etiam sine alia solita precatione præuia.

RESOL. XI.

An liceat ministrare infirmo peste laboranti Extremam Vnctionem vngendo vniciu corporis sensum v. g. manum solum, vel oculum solum, ac vti forma verborum generali. Per istam sanctam vnctionem indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per visum, auditum, odoratum, gustum, & tactum? Et in §. ultimo huius Resolutionis assignantur tres casus, in quib. salte Sacramenti illud posset a Sacerdote per vnici vnctionem perfici? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 80.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Philibertus Marchinus de peste part. 3. cap. 6. num. 16. vbi docet multo verius esse ac tutius vnctionem quinque sensuum esse de necessitate Sacramenti; consequenter etiam grassante peste omnes quinque vnctiones esse adhibendas, vel potius hoc Sacramentum omittendum. Huic conclusioni multum suffragatur Florentinum in Decreto Eugenij, vbi agens de hoc Sacramento tradit materiam illius remoram esse oleum oliuarum, proximam esse vnctiones in oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem ibi vrgentem. Probatur etiam ab eodem hac opinio, quia mortale est applicare morituro materiam, vel formam Sacramenti dubiam, etenim qui sic se gerit, primo exponit se periculo irritandi Sacramentum contra reuerentiam Sacramenti debitam; deinde exponit periculo salutis infirmum, si forte non erat attritus contra charitatem proximo debitam in tanta necessitate constituto. Altera ratio est; quia non est verisimile in tota Ecclesia hanc vngendi quinque sensus consuetudinem perpetuo viguisse, cuius initium non extat, nisi ex Apostolica traditione haberemus has quinque vnctiones esse huic Sacramento substantiales.

Sup. hoc loco Ref. & §§. not seq.

2. Verum his non obstantibus contrariam sententiam probabiliter ego tenui in 3. part. tract. 4. resolution. 168. cum Syluio, cui nunc addo Iacobum Granado de Sacram. in 3. part. contr. 8. tract. vnici. disp. 7. num. 12. vbi loquens de Pastoralis Mechliniensis vbi dicitur. In morbis contagiosis sufficere vngi organum sensus magis obuium, dicendo formam: Per istam, &c. sicut: Puto hanc doctrinam non esse damnandam, & posse ita sine peccato ministrari hoc Sacramentum saltem sub conditione, cum aliter non fuerit inuentus, qui ministrat, vel certe propter morbum contagiosum imminerit periculum Sacerdoti, qui magis detineretur, ut omnes vnctiones perficeret. Recolendum ergo est duos doctos recentiores, nempe Suarez, & Henriquez, probabile existimare

Qua hie est Ref. antecedens, & in aliis Ref. de §. eius primæ not.

RESOL. X.

An tempore pestis possit Sacerdos vngere vniam tantum partem dicendo consuetam formam, v. g. Per istam sanctam vnctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid peccasti per visum, auditum, odoratum, gustum & tactum, vel an sit necessarium in prædicto casu saltem velocissime sine forma crucis vngere vnium oculum, vniam manum, aurem, narem, & os, & dicere: Per istas sanctas vnctiones, &c? Et an extra casum necessitatis, si Sacerdos faceret vnctiones non in forma Crucis, minime peccet lethaliter? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 167. alias. 168.

§. 1. Sententiam affirmatiuam docet Syluius in 3. part. quest. 32. art. 7. quam approbasse Theologos Louanientes anno 1588. & 1573. testatur Octavius Tricaricensis Nuncius Apostolicus in Germania, & in directorio Ecclesiasticæ disciplinæ, vbi sic asserit. Et si ordinariè vngenda sunt singula singulorum sensuum loca, nec vnquam, nisi grauissima necessitas cogat, aliter faciendum sit; constabit tamen sacre Vnctionis Sacramentum. Et in vngendo contagioso morbo, aut peste laborante, ad euitandum contagionis periculum, sufficere, si vngatur sensus organum ad vnctionem magis expositum, & detectu, dicendo: Per istam sanctam vnctionem, & suam piissimam misericordiam, &c. Ita supradictus Nuncius Apostolicus, Syluius, & Theologi Louanientes, quibus etiam adde Chapeau illam de Sacram. cap. 5. 9. 30 Et hanc sententiam probabilem esse præter D. citatos tenet etiam Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 8. cap. 3. n. 3. & Coninch de Sacram. disp. 19. dub. 3. n. 9. & 12. vnde in praxi tuto amplecti potest.

Sup. omni conuenio in hoc & seq. §. supra in Ref. 8. paulo post incipit. a ref. & doctissimus. Barbosa. vsque in fine, de infra in Ref. seq. per totam, & in Ref. 1. & 2. recitauer in §. Prima & §. Secunda, & in Ref. 31. ad medium, a ref. sed an in Ref. 49. v. 1. & in tom. 3. tr. 4. Ref. 60. laudat §. Veru. lib. sed lege rem à principio, & alias